



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Poggii Florentini Oratoris || Clarissimi, Ac Sedis Apo.||  
Secretarii Opervm ||**

**Poggio Bracciolini, Gian Francesco**

**Argentinae, 1513**

**VD16 ZV 12623**

Leonardo Aretino

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14341**

LIBER EPISTOLARVM POGGII

Poggius Florentinus Leonardo Aretino S.P.D.

Credo obliuione esse abs te factum / quo minus me certior feceris recessu  
tui: quem ita repentinu fuisse & incognitu mihi molestum sane fuit. Cupiebam em  
te deducere extra Urbem ut moris est: tecumq; colloqui de restituenda / quod nos  
ster Barbarus summe cupit / inter te & Nycholaum antiqua beniuolentia. Qui dis  
xerat ante pluribus verbis se id a te contendisse: verum respondisse te quidem: q  
licet ad dignitate tuam non nihil conferre videat: tamen obest ad reconciliationem  
plurimu. Non em aut accusatione / aut excusatione opus est: sed obliuione praeter  
itorum. Deinde amicitia illa est introducenda: ut omne seminariu / & que res  
sensionu funditus vellat ex animis. Prebe ergo te nobis cum cupimus / & que res  
cepi te futuru. Memineris maioris esse animi obliuisci: iniuriasq; ut sciscineq; quib  
esse tanti quod sit amicitie anteferendu. Leuia sunt ea quae mihi extimare videtur  
& quae plus tibi laudis afferent si cōtemnant: q; si aduertant. Quae tecum egi ver  
bis / iterum litteris repetam: eaq; ut q; primu cures volo. Primu ut per uelut quae  
no eximi possim a tuis: ea rone qua tibi exposui. Deinde ut mittas ad me ope  
ra Senecae quibus pmaxime indigeo: tum ad emendatione eor: quae scripta sunt  
tum ad transcriptionem aliorum. Idq; ut q; citius efficias / etiam atq; etiam rogo.  
Vale, Romae. v. Kal. Octobris

Pro recōci  
liatōe cōsiliū

*ad hunc p[ro]p[os]itum*

Poggius Florentinus Ioāni Lamole S.P.D.

Cum patris ante diebus Romam reuertissem: absumus est duobus mensi  
bus rusticandi causa: ac deinde scripta quaedam quae reliqua super mensa / eandem  
uerem diligentius incidi in ep[ist]am tuam quae mihi reddita fuerat paulo ante dis  
cessum meū. Et cum eam denot legissem: ut tibi pro mea cōsuetudine responderem:  
rem: tui profecto: aduertens quantis mendacis ep[ist]am referis. Totus enim oc  
cuparis in me ornado: scribens multa ac si me nunq; vidisses: q; & tu perspicere po  
tuit: & egomet scio quantu sunt a me aliena. Sed ut hodie Romani dicere solent:  
cū quis eos praeter modu laudat: q; te plane mentiri sciam / inquit: cum me lau  
laudes / tui delectant. Ita quoq; oblectauit suauitas sermonis tui: cōsiderantem non  
q; vera essent quae scribis / sed q; venuste ornateq; a te dicerent: ut verisimilia pos  
sint videri / & si procul absint a veritate. Quid vero ad ea rescribam nil sane occur  
rit nisi me extimaturu fuisse / ridendi Poggij causa tam copiosas a te litteras confer  
ctas: nisi ab eo scriberent quem non dubito esse amantissimu mei. Hortor igitur  
te: ut omittas deinceps hoc litteraru genus: quod qui utuntur / adulatorum qui libere  
de se audiunt / impudentes videri possunt. Semper id scribas quod sentis: neq; te  
longius amor peruehat q; veritas. Neq; quantu dicendo quae cōsideres: sed quae  
tum postulet causa pro qua es dicturus. Q. si quempiā gratia ingenij exerceat  
vis laudare: eum tibi assilume quem ornare / non vitupare videaris. Ego aut te dicit  
go & ingeniu tuum: mores vero etiam amo. Atq; ut verbis tibi coram sum postu  
citus: & litteris absens recipio: me tuum esse / quo pro facultatibus utaris. Volo  
Panormitam meis verbis saluta. Vale. Romae. vij. Kal. Octobris.

Nimis se  
laudatū in  
cular.

Poggius Florentinus Francisco Marscalco Ferrariē. S.P.D.

Cum Scipione nostro Ferrariē. quem non solum diligo / sed etiam amo pro  
pter suam humanitatem & doctrinam / est mihi frequens & iocunda cōsuetudo.  
Sumus sapius vna cōfabulantes varijs de rebus: ut sit aliqui inter ociofos. Sepit  
me vno / cum ipse sit vir eruditissimus / incidit inter nos sermo de viris doctis & elo  
quentibus: inter quos te unum esse asseuerat. Asseueratq; te non solum litteris dedisti  
quod ipm magni est estimandu: sed quod plurimi facio / suauissimis moribus & vir  
tutibus praeditum. Quod mihi admodu placet / testat inter caetera te amantissimu  
mei. Quare sum eqdem maiorē in modu delectatus. Nihil est mi Francice / quod  
magis appetam in quo magis consolet: q; habere q; plures mihi beniuolentia &